

# BOLETÍN DEL CLERO

DEL

# OBISPADO DE LEÓN

Carta Encíclica de nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII  
acerca de la Santísima Eucaristía.

(Conclusión.)

Contumaces in Deum spiritus haec, si unquam alia, prae se fert aetas: in qua rursus invalescit adversus Christum ea vox nefaria: *Nolumus hunc regnare super nos* (1), nefarium-que propositum, *Eradamus eum* (2), nec sane quidquam tam vehementi impetu complures urgent, quam ut ex civili atque adeo ex humana omni consortione pulsum segregent Deum. Quo consceleratae dementiae quamquam usquequaque non proceditur, miserabile tament est quam multus teneat divinae Majestatis beneficiorumque ejus, partae praesertim a Christo salutis, oblivio. Jamvero hanc tantam vel nequitiam vel socordiam sarciat oportet auctior communis pietatis ardor in cultu Sacrificii eucharistici; quo nihil Deo esse honorabilius, nihil jucundius potest. Nam divina est, quae immolatur hostia; per ipsam igitur tantum augustae Trinitati tribuimus honoris, quantum dignitas ejus inmensa postulat; infinitum

(1) Luc XIX, 14.

(2) Jer. XI, 19.

quoque et pretio et suavitate munus exhibemus Patri, Unigenitum suum, eo fit ut benignitati ejus non modo agamus gratia, sed plane referamus.—Duplicemque alium ex tanto sacrificio insignem fructum licet et necesse est colligere. Maeret animus reputando, quae flagitiorum colluvies, neglecto, ut diximus, contemptoque Dei numine, usquequaque inundaverit. Omninom humanum genus magnam partem videtur caelestem iram devocare: quamquam ipsa illaque insidet, malarum rerum seges, continet justae animadversionis maturitatem. Excitanda igitur in hoc etiam pia fidelium contentio, ut et vindicem scelerum placare Deum, et auxiliorum ejus opportunitatem calamitoso saeculo conciliare studeant. Haec autem videant maxime huju epo Sacrificii esse quaerenda. Nam divinae tum justitiae rationibus satis cumulateque facere, tum clementiae large impetrare munera possunt homines sola obitae a Christo mortis virtute. Sed hanc ipsam virtutem sive ad expiandum, sive ad exorandum voluit Christus integram permanere in Eucharistia, quae mortis ipsius non inanis quaedam nudaque commemoratio, sed vera et mirabilis, quamquam incruenta et mystica, renovatio est.

Ceterum, non mediocri Nos laetitia afficimur, libet enim profiteri, quod proximis hisce annis fidelium animi ad amorem atque obsequium erga Eucharistiae Sacramentum renovari coepisse videantur; quod quidem in spem Nos erigit temporum rerumque meliorum. Multa enim id genus et varia, ut unio diximus, sollers induxit pietas, sodalitates praesertim vel eucharisticorum rituum splendori amplificando, vel Sacramento Augusto dies noctesque assidue venerando, vel illatis eidem contumeliis injuriisque sarciendis. In his tamen acquiescere, Venerabiles Fratres, neque Nobis licet neque vobis; etenim multo plura vel provehenda restant vel suscipienda, ut munus hoc omnium divinissimum apud eos ipsos, qui christianae religionis colunt officia, ampliore in luce atque honore versetur, tantumque mysterium quam dignissima veneratione colatur. Quapropter suscepta opera acrius in dies urgenda; prisca instituta, sicubi exoleverint, revocanda, ut sodalitia eucharistica, supplicationis Sacramento Augusto ad adorandum proposito, sollemnes ejus circumduc-

tae pompae, piae ad divina tabernacula salutationes, alia ejusdem generis et sancta et saluberrima; omnia praeterea aggredienda, quae prudentia et pietas ad rem suadeat. Sed in eo praecipue est elaborandum, ut frequens Eucharistiae usus apud catholicas gentes late reviviscat. Id monent nascentis Ecclesiae, quae supra memoravimus, exempla, id Conciliorum decreta, id auctoritas Patrum et sanctissimorum ex omni aetate virorum; ut enim corpus, ita animus cibo saepe indiget suo; alimoniam autem maxime vitalem praebet Sacrosancta Eucharistia. Itaque praejudicatae adversantium opiniones, inanes multorum timores, speciosae abstinendi causae penitus tollendae; ea enim agitur res, qua nihil fideli populo utilius tum ad redimendum tempus e sollicitis rerum mortalium curis, tum ad christianos revocandos spiritus constanterque retinendos. Hunc sane magno erunt momento praestantiorum ordinum hortationes et exempla, maximo autem cleri navitas et industria. Sacerdotes enim, quibus Christus Redemptor Corporis et Sanguinis sui mysteria conficiendi ac dispensandi tradidit munus, nihil profecto melius pro summo accepto honore queant rependere, quam ut Ipsius eucharisticam gloriam omni ope provehant, optatisque Sacratissimi Cordis ejus obsequendo, animos hominum ad salutiferos tanti Sacramenti Sacrificiique fontes invitent ac pertrahant.

Ita fiat, quod vehementer cupimus, ut praecellentes Eucharistiae fructus quotidie uberiores proveniant, fide, spe, caritate, omni denique christiana virtute, feliciter, accrescente; idque in sanationem atque emolumentum rei quoque publicae: fiat, ut providentissimae Dei caritatis magis magisque eluceant consilia, qui tale mysterium *pro mundi vita* constituit perpetuum.

Quarum nos rerum erect ispe, Venerabiles Fratres, auspiciem munerum divinorum caritatisque Nostrae testem, Apostolicam Benedictionem et singulis vobis et vestro cujusque clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die XXVIII Maji, in praeludio sollemnitatis Corporis Christi, anno MDMII, Pontificatus Nostri vicesimo quinto. LEO PP. XIII.



COLLATIONES MORALES PRO MENSE JUL.

---

---

1.<sup>a</sup>

Quid injusta cooperatio et quotuplici modo fieri potest.  
Quis dicatur *jubens* vel *mandans* et ad quid tenetur.  
Quid si mandatum ante factum revocaverit.

*Casus.*

Aurelius, agricola sic famulum quadam die alloquitur in agro; «*Arbores istae Antonii, quem Deus perdat, inutiles prorsus labores et dispendia nostra reddunt, fruges radicibus et umbra exsiccant; utinam incendio cum domino pereant*»: Quibus auditis sollicitus famulus, nocte veniens arbores succendit et Antonium conclamantem graviter percussit; nunc vero crimine detecto, in carceribus poenas luit.

Quid Aurelio faciendum.

*Quaestio liturgica.*

¿Quid constituat solemnitatem festorum?

2.<sup>a</sup>

Quis dicatur consulens—ad quid tenetur—quid si bona fide egerit—quid si consilium revocaverit.

*Casus.*

Anselmus Luciam famulam miseram suipsius conditionem et exiguam mercedem lugentem facile suasit ut aliquantum pecuniae sibi reservet ex ea quam ad emendum domina largitur; quod ut tutius, ac confidenter facere possit vinum

et lac cum aqua, saccarum cum farina misceri docet, et sic de caeteris; sed paulo post Anselmus facti poenitens de peccato monet Luciam et á pravo opere enixe avertere satagit, quae rem cum Romana consulens, consilio istius existimantis minoris momenti furtum esse, in eodem proposito permanet.

¿Quid de Anselmo, quid de Romana sentiendum?

### *Quaestio liturgica.*

¿Quibus de causis solemnitas festorum transferri potest?

3.<sup>a</sup>

An consulens minus malum teneatur ad restitutionem  
=an consulens tantum modum damni vel ut damnum citius  
iuferatur=an qui dat consilium doctrinale et quomodo.

### *Casus.*

Rufus, arte veterinaria practicus, quadam die improvise deprehendit Vincentium jan jan novacula equum Pauli interfectorum; quem cum a proposito avertere non potuisset, facile tamen ei persuasit ut alio medio utens, pascua venenata equo praebat, ne crimen detegatur; Paulus vero equum languentem ad Rufum duxit qui medicinam scienter prorsus inutilem adhibuit, unde mortuus est equus.

¿Quid de Rufo sentiendum?

### *Quaestio liturgica.*

¿De cujus licentia solemnitas festorum transferri potest?

4.<sup>a</sup>

Quis consentiens—ad quid tenetur—an qui dat injustum suffragium, vel suffragium non tulit cum ferre posset teneatur ad restitutionem.


*Casus.*

Rodolphus, praeses tribunalis, certo sciens plerosque iudices injustam sententiam prolaturus, nec audens ipsis displicere, primus injustum suffragium emittit; causa vero iterum in cognitionem revocata, facti poenitens, sed timens ne dignitate privetur, simulat aegrotare.

¿Ad quid Rodolphus tenetur?

*Quaestio liturgica.*

Quibusnam regulis discerni possit an indulgentia cuidam festo adnexa transferatur cum ipso festo vel non?



**JHS.**

*Sr. Director del Boletín del Clero de la Diócesis de León.*

Muy señor mío: Ruego á V. se sirva publicar la presente en el BOLETÍN de su digna dirección: y en la confianza de que ha de ser oída mi humilde súplica, anticipa á usted las más expresivas gracias.

En los días treinta, treinta y uno de Mayo y primero de Junio la Asociación del S. C. de J.; establecida en esta villa

de Valderas, celebró un solemne tríduo en honor del Deífico Corazón, dirigido por el Rdo. P. E. Reyero S. J. Grande era el entusiasmo que reinaba entre los asociados y muy especialmente entre las señoras Celadoras días antes del señalado para dichos ejercicios, por lo que se hacía esperar hermoso resultado, pero nunca que pudiera traspasar los límites de una de las funciones religiosas que con tanta frecuencia se celebran en esta piadosa villa. Justicia es decirlo gracias á Dios y á el Rdo. P. Reyero que con su nunca bien ponderada elocuencia, convenció y conmovió á tan numeroso auditorio, que las Iglesias de esta población no eran suficientes á contener la inmensa muchedumbre que ansiosa se agolpaba, para oír al Rdo. P. Gracias también á los Celadores y Celadoras que unidos con los estrechos lazos de la caridad cristiana y olvidando completamente su posición social, movidas de una sola idea, la gloria de Dios y la santificación de las almas, agotando por decirlo así los recursos de su imaginación pudieran conseguir como precio de sus esfuerzos la consagración del Excmo. Ayuntamiento al Sagrado Corazón, cuyo acto resultó brillantísimo con la lectura por el Sr. Presidente de la Excelentísima Corporación de un sentido discurso que arrancó de labios de los concurrentes nutridos vivas á el S. P. León XIII, Excmo. Prelado y autoridades locales. Gracias á el Rdo. Párroco de esta villa que con su proverbial generosidad contribuyó muy eficazmente á la celebración de tan solemne fiesta. Gracias al claustro de profesores de este Seminario que con esquisita delicadeza prestaron su valioso concurso tanto en el confesonario como en los demás actos donde se hacía necesaria su presencia. A partir de esta fecha puedo asegurar que la fiesta del S. C. de J. será la primera de las religiosas en la villa de Valderas. El día seis de Junio las señoras Celadoras que componen la junta directiva de la Asociación obse-

quiaron á los pobres de la localidad con abundante comida, la que ellas mismas sirvieron con tan esquisita amabilidad que arrancaban lágrimas de agradecimiento á los humildes comensales, sin que el que suscribe pudiera evitar que por sus mejillas corrieran abundantes al contemplar el hermoso contraste de confundirse tan distintos elementos como miembros de una sola familia. Tengo convencimiento de que los pobres y los pequeños y no me cansaré de repetirlo, tienen todavía más hambre de amor que de pan. Sí, amemos como si sólo el amor de nuestros corazones hubiera de salvar el mundo y después esperémoslo todo del amor de Dios, único que puede salvarle. De esta suerte habremos cumplido con nuestro deber, y si todo en derredor nuestro debe perderse, al menos nos quedará el honor y la satisfacción de haber obrado bien. Si las densas nubes que sobre nuestras cabezas se ciernen, despiden mortíferos rayos, no huyamos: recojámonos en nuestros templos, envolvámonos en el manto de la fe cristiana y tomando en la mano no la vara de la justicia, sino la cruz de la caridad en que murió Jesucristo el Dios pobre, impasibles y satisfechos, ¡esperemos! Si por acaso las turbas fanáticas y gritando franquean la entrada del sagrado recinto podremos dirigirlas estas magníficas palabras ¡matadnos! pero sabed que al menos nosotros os hemos amado.

De V. affmo. S. S. Q. B. S. M.—Pedro García, Presb.º

Valderas Junio 13 de 1902.